



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

36. De dæmone qui exorcizandus ex quada[m] matrona, astantium nomina edebat, vitiaq[ue] exprobrabat, exceptis illis, quæ per confessionem sacerdoti factam erant expiata, et quomodo idem dæmo[n] visus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

*Bartholomaeus Fayus Consiliarius Regius, libro
cui Energumenicus et Alexicacus, titulum
fecit, ex actis publ. Reuerendiss. D. Ioannis
Bursy Episcopi Laudunen. anno 1566. ci-
tatur à R. D. VVilhelmo Lindano libro
de fugiendis idolis cap. 13. De demone qui
exorcizandus ex quadam matrona, astanti-
um nomina edebat, vitiaque exprobrabat,
exceptis illis quae per confessionem sacerdoti
factam erant expiata, et quomodo idem de-
mon visus sit interesse concioni Caluini-
stica.*

CAP. XXXVI.

CVM sacris exorcismis de more Christia-
no adhibitis (quos verè Apostolicos nūc
cum illo impio Vlpiano iurio nō Chri-
stiani, sed humani perito, sacrilegè ridere
quidam sui obliti nominis non verentur) &
potiss. sacrosancta ostensa Eucharistia, post ie-
iunia & publicas comprecationes dæmonem
cuiusdam matronæ Nicolæ visceribus, Reue-
rendissimus Laudunen. Episcopus niteretur
expellere, multa ille agebat, & ludicra & ter-
rifica. Astantium enim & nomina edebat, &
consilia publicabat non sine risu, viciaque ex-
probrabat, nominatim illius Mongonis, indi-
cato latente sui equi vicio, qui Laudunum à S.
Quintini vrbe aduenerat, vt equum venderet:
qui inito itinere strenuè incederet, sed eo ali-
quantulum emenso valde claudicaret, ea ta-
men erat moderatio, vt nulli auderet pec-
cata

*Nota virtutē
cōfessionis sa-
cramentalis.*

cata obijcere, quæ per Euangelicam confessionem sacerdoti factam aliquis eluisset. Notum igitur & pronomina turbæ ad quatuordecim undique confluentis cum edidisset prima dæmon, addens cuius & sectæ ac fortiter, quendam astantium dicebat, magnam clamans voce, trigessimum interfuisse concionem (Caluinisticam) quæ paulò ante Crespij Landensium (inquit D. Faijus folio 54.) fuerat habitata.

*Dæmō inter
est concioni
Caluinisticæ.* Ille factum, quod omnes astantes Landensium minimè inficiatus, aliquem sibi, sociisque notum, sed viridi vestitu insignem illuc accessisse suppressa voce, ut à paucis exaudirentur cum adiecisset, quippè vobis (exclamat dæmon) ipse illo cultu aderam. Hæc doctiss. Faijus per se regius libro & loco nuper indicato.

Certè dum hæc recogito, inducor facile ut credam, & illas historias à vero non esse fabulas, quæ mihi à fide dignis pridem narratas afferunt in VVaterlandia fuisse concionem Anabaptistico à quibusdam pijs visum, ut re, qui cornutum gereret hirtumque caput, quale pictores nostri dæmonibus solent tribuere.

D. V. Vilhel. Lindanus lib. 1. de fugiendis demonibus cap. 14. 'Dæmoniacos & Lunaticos in Gheelam Brabantia & Amstelredamum anno 1566. agentes eo tempore quo Gæsy templum vastarunt, fuisse à demonibus liberatos, mirum spiritibus illis malignis, circa templum per-